

1177

1994
A
1386





POSITIONES LEGALES,
**DE IVRISDI-
 CTIONE OMNIUM**
 IUDICVM, ET DE FORO COM-
 PETENTI, EX VTROQUE
 IVRE DESVPTAE.

QVAS

Numine Diuino secundante,

PRÆSIDIBVS

Clarissimis & Consultissimis Viris, ac DD.

D. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &
 D. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,
 respectiuè Dictatore & Fisco.

*In florentissimo Iuridica Facultatis apud Vbios Collegio, publi-
 cè, pro modico conamine propugnare enitetur*

PETRVS Hattingen/Vbius.

Anno repar. Salutis 1629. die 1. Martij.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
 Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.

POSITIONES LEGALES,
DE IURISDI-
CTIONE OMNIVM
IUDICVM ET DE FORO COM-
PETENTI. EX VTRIOVE
IVRE DESUMPTAE.

QVAE

Summi Divini Jurisconsulti

PRESIDIIS

Christiano Cappellano S. R. D.

D. PETRO OSTERMANNO, A. N. Doctor, &
D. ARNOSTO MASSA, S. J. Licentio,
Respectibus Doctoribus & Licentibus

In Universitate Juridica Palatina apud Vindobonam, publicis
disputationibus summi Jurisconsulti

PETRO S. OSTERMANNO, Vindob.

Anno regni. Saluti 1799. die 1. Martij.



COLONIE AGRIPINAE
Excusabit Henricus Meunier, prope Augustinianos

CONTINVATIO.



Discussis iam Iurisprudentiæ principijs, eiusque origine cognita, (cum nihil sit ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura regere, & ad vsum humanæ societatis accommodare possint *l. 2. §. post orig ff. de orig. iur. Nou. 161. in prin.*) vt de magistratuum iurisdictione agamus, iusta ordinis ratio postulat.

POSITIO PRIMA.

Iurisdictionis dicta à iuredicendo, *l. 1. ff. de offic. procons. l. 1. §. 4. ff. de suspect. tut. VV es. par. hic. n. 2. Sich. ad rub. C. hic.* quæ & aliàs plenissima appellatur, vel omnimoda das hohe Gericht, totum hic ius dicentis officium completur, ita vt etiam ad merum imperium extendatur *l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. l. 7. §. fin. & l. 8. ff. de off. procons. Duar. 1. disp. ann. c. 53. Diss. Baeh. & Hunn. hic ad Treut. thes. 1. lit. D. Obrecht. de iurisd. c. 1. n. 52. & seq.* Vnde Princeps concedendo castrum cum pertinentijs & cohærente iurisdictione, & si castro plenissima iurisdictionis à Principe administrari solita cohæreat, merum imperium concessisse dicitur *Treut. hic th. 6. lit. F. Menoch. 3. pres. 97.* quod secus est iurisdictione simpliciter concessa; Nec priori casu Regalia & iura superioritatis die *Landsfürstliche Obrigkeit* continentur, quia hæc specialem Principis concessionem requirunt *Bocer. de feud. c. 3. n. 107. Vult. 1. Feud. §. num. 7.*

2. Definitur publica, quia priuatorum consensu iurisdictionis non tribuitur *l. 3. C. h. t.* tam de criminalibus, quia etiam in his ius dicitur *l. 2. §. 23. de O. 1.* quam ciuilibus causis statuendi & constituti exequendi potestas. *Treut. hic. thes. 1. Diss. ab hac Obrecht. c. 1. n. 20. & seq. Hænon. disp. ad pand. 1. th. 1.* qui per notionem volunt definiendam, quod improbat *Gadd. ad l. 99. de Verb. sign.*

3. Est autem potestas statuendi duplex. Vel nuda, vel non nuda, siue legitima.

4. Nuda dicitur notio pedaneorum iudicum, seu simplex negotij absque iurisdictione disceptatio. Hinc pedaneorum iudicum nulla iurisdictionis est *l. 3. C. vbi & apud quæ cog. in int. vbi* propriam iurisdictionem non habere dicuntur, *l. 5. ff. de re iudic.* Hinc neque ius ferendæ sententiæ ijs competit *l. 15. & ibid. Gloss. & Dd. commun. ff. de re iud.* quam sententiam etiam Camera Imper. sequitur *Myns. 4. obs. 93.* Refutat eam *Scip. Gent. de Iurisd. 2. c. 30.* Nisi delegati Principis sint. *l. 5. C. de iudic. Treut. hic. th. 2.*

5. An verò delegatus Principis causas meri imperij subdelegare possit? quæstionis hic est, Quod de consuetudine hodierna, qua merum Imperium iure magistratus competit, vt patet *infra Posit. 21.* affirmandum, aliàs *ex l. 1. ff. de offic. eius cui mand. l. 6. ff. de offic. procons. l. 70. de R. I.* negandum, *Treut. hic. th. 2. lit. C.* Quod etiam ad delegatos siue Commissarios Came-

ræ Imperialis extendi potest, quia hæc concurrentem cum Imperatore potestatem habet *Gail. 1. obs. 97. Diff. Treut. hic th. 2. lit. C.*

6. Legitima potestas iterum duplex: vna quæ à lege descendit, qualis est datio tutoris *l. 6. §. tutoris. 2. ff. de tutel. Hænon. disp. 3. th. 8. Pac. 5. q. 9. Fachin. lib. 12. c. 100.*

7. Altera quæ iure magistratus competit, estque iurisdictio in specie dicta, quæ vulgò iurisdictio simplex, das vnter vnd nider *Sericht* dicitur. *Bocer. c. 2. n. 41. & Dd. in l. 3. ff. h. t.* Notio scilicet causarum ciuiliū cum exequendi potestate coniuncta *Scip. Gent. 1. c. 5. Diff. Bart. in l. 3. ff. h. t.* Huic primò annumeratur iudicis dandi licentia *l. 3. ff. h. t. Fach. l. b. 9. c. 95. Duar. h. t. c. 4. Cyn. in l. 1. ff. h. t. n. 10. Diff. Obrecht. c. 1. n. 34. VVes. par. hic. n. 3.* alijq; qui mixto Imperio attribuunt. *per l. 12. ff. de iud. l. 13. ff. h. t. vid. Treut. hic. th. 4. lit. A.* Secundo agnitio possessionis quæ in locum antiquæ dationis possessionis succedit per Imper. *Constantinum l. vlt. C. qui admitt. ad bon. poss.*

8. Hæc exequendi potestas imperium est, in executione & coërcitione consistens *l. fin. ff. de offic. eius.* quod in ciuilibus mixtum, in criminalibus merum dicitur.

9. Mixtum quia iurisdictioni cohæret *l. 1. §. vlt. & l. fin. ff. de offic. eius & iurisdictioni inest l. 1. ff. h. t. Obrecht. c. 3. n. 21. in fin. Donel. 17. com. 6. Diff. Accurs.* existimans mixtum dici quod ad eius constitutionem & merum imperium & iurisdictio concurrat. Aliter *Bart. hic & Dd. commun.* scil. quod imperij & iurisdictio sit particeps: Imperij, quia iudicis officio nobili expeditur: iurisdictio, quia in ciuilibus causis versatur, & priuatam utilitatem principaliter respicit, quos refutat *Obrech. dict. loc. Treut. hic. thes. 3. lit. B.*

10. Competit hoc etiam iure magistratus *l. 1. ff. de offic. eius. gloss. in l. ea qua ff. ad municip.* vnde quoque delegari potest *l. 1. in fin. & l. fin. ff. de offic. eius. & l. 4. §. 1. ff. eod. Fach. lib. 9. c. 98. Bronch. C. 1. ass. 18.* Sed an etiam ad magistratum municipalem spectet? controuersum est, etsi negent *Dd. commun. in l. 26. ff. ad municip.* affirmandum tamen potius est. *arg. tot. tit. C. de defens. ciuit. & tit. C. de magist. munic. l. 1. & 4. ff. de dam. inf.* quia aliàs elusoria redderetur huius magistratus iurisdictio, si modica destitueretur coërcitione *l. fin. ff. de offic. eius.*

11. Consistit in danda bonorum possessione *l. 2. ff. h. t. Duar. h. t. c. 2. Treut. hic. th. 4. Diff. Bach. ad Treut. hic. d. loc.* Restitutione in integrum. *l. 26. ff. ad municip.* Incarceratione *l. 8. §. 9. ff. de poen.* Sed hic distinctio *Obrecht. c. 7. num. 25.* notanda, inter incarcerationem quæ fit ex causa ciuili vel ob contumaciam, vel fugæ suspicionem, & eam quæ fit ex causa criminali loco pœnæ, nam hæc ad merum imperium pertinet. Mulctæ dictione, modo saltem ob contumaciam, non crimen irrogetur. *Hun. ad Treut. hic. th. 4. lit. E.* hæc tamen hodie, cum pœna corpori infligenda sæpè in pecuniariam mutatur, mero imperio adscribitur. *Peinliche Hals Serichts Ordnung Carol. V. art. 157.* Alijsque.

12. Est aliud imperium merum, sic dictum quod purum sit & iurisdictioni non immixtum, dum cum ea nihil commune habet *l. 3. ff. h. t. Obrecht. c. 3. n. 17. Vult. i. Jurisp. c. 12. n. 13. Aliter Coras. Alciat. quos refutat Obrecht. d. loc.*

13. Hoc definitur potestas gladij ad animaduertendum in facinorosos homines, lege specialiter data ac definita *l. 3. ff. h. t. Treut. th. 5. hic. lit. A.*

14. Dicitur potestas gladij, tum quia *Vlpian. in d. leg. 3.* respexit ad statum eius temporis, quo poena gladij vsitatioer erat, *l. 8. §. 1. ff. de poen.* tum quia honos gladij signum est summi imperij, Imperatoribus magis quam magistratibus conueniens, ex quo reliqua sequuntur *Gouean. ad d. l. 3. ff. h. t. num. 14.* ita vt eius appellatione quæuis alia facinorum coercitio aut poena, quâ vita, ciuitas vel libertas aufertur, comprehendatur. *Zaf. in d. l. 3. nu. 9.* quod etiam patet *ex c. 13. ad Rom. Diff. Obrecht. c. 3. n. 8. Musc. de Iurisdic. num. 42. & seq.*

15. Verbum animaduertendi quod vltimo supplicio proprium alias videtur, & vitæ extorquendæ *l. 8. §. 1. ff. de poen. l. 11. ff. de offic. procons.* hic non tantum ad ius statuendi & exequendi, sed etiam cognoscendi *l. 15. §. 28. ff. de iniur. l. 1. §. 8. ff. ad S. C. Turpill. inquirendi l. 13. ff. de off. pres. apprehendendi N. 15. c. 6. §. 1.* & ad totum processum criminalem pertinet, absurdum enim esset dicere merum imperium in sola executione consistere, nam sic etiam licitori- bus tribueretur *Longouall. in l. 3. p. 3. c. fin. n. 3. Bald. in l. 6. §. 5. ff. de iniust. rupt. D. ff. Treut. hic. th. 5. lit. B.*

16. Hinc cum merum imperium circa solam scelerum cognitionem, criminum coercionem vel absolutionem occupatur, patet contra *Bart.* quod leges generales condere, notarios creare, spurios legitimare, reos criminis sententia infamatos famæ restituere, & similia, meri imperij non sint. quia hæc supremæ potestatis sunt, & soli Principi siue Imperatori in signum singularis præminentie reseruata. *Zaf. in d. l. 3. ac Regalia vulgò Keyserliche Hochheiten vnd Reseruaten dicuntur Const. Imp. ann. 1576. Fach. lib. 9. c. 94. in fin. Obrecht. c. 7. n. 33.*

17. Dicitur animaduersio in homines facinorosos, quia bruta animalia cum sensu careant *Exod. 21. v. 28.* mortuorumque cadauera, poena formaliter affici nequeunt *Scip. Gent. 3. c. 4.* quamuis aliquando pro exemplo ob maleficij memoriam in his poenæ ratio debeat, vnde *Guid. Pap. in quest. Delph. 238.* testatur, se vidisse porcum suspensum, quia puerum interfecerat, Cuius etiam *Imp. Carol. V. in ord. crim. art. 116.* mentionem facit. Vnde etiã ob publicam vtilitatem in mortuis sæpe supplicium sumitur, vt corpora eorum vel per frustra secantur, vel Medicis ad anatomiam concedantur, vt ratione hac Medici pro conseruandis corporibus nostris fiant peritiores. *Gomes. 3. var. resol. 14. Menoch. de arbit. iud. quast. cas. 285. Bach. ad Treut. hic. thes. 5. lit. B.*

18. Fuit hæc potestas olim in Repub. Romana ex speciali legis concessione penes Præfectum vrb. *l. 1. princ. ff. de offic. pres. vrb. l. vlt. ff. de offic. pres. vig.*

Obrech. c. 6. n. 46. In prouincijs penes Proconsules & Præsides *l. 7. §. 2. & seq. ff. de offic. proc. l. 6. §. 3. ff. de offic. pras.* in qua licet Præsidi ius gladij concessum dicatur, inde tamen ius deportandi eidem non competit *l. 6. §. 1. ff. de interd. rel. & dep. l. 2. §. 1. ff. de pæn.* quia nemo ex mero Imperio ea sibi assumere potest, quæ nominatim ei data non sunt, nam argumentum à maiori vel minori hic non procedit. *Scip. Gent. 3. c. 24. Cuiac. ad l. 6. §. 7. ff. de iniust. rupt. Treut. hic. thes. 6. lit. C.*

19. Vnde videre est, quod alteri mandari siue delegari non potuerit, *l. 1. ff. de offic. eius. l. 6. in princ. ff. de offic. procons. l. 70. de R. I.* quia ex quo alicui personæ specialiter & nominatim quædam data sunt, eius industria & fides peculiariter intelligitur electa, vt merito per aliū ea explicari non debeant *l. vnic. §. 9. C. de Cad. toll. Obrech. c. 5. n. 1.* Nisi in casu absentia. *d. l. 1. ff. de offic. eius. & infirmitatis. secundum Bart. idq; ex paritate rationis. l. 8. §. fin. & l. seq. ff. de procur. Obrech. d. loc. Treut. hic. thes. 6. & ad eundem Bach. Diff. Hunn. ibid.* Non idem est si quis negotiorum multitudine impediatur, quia nulla debet esse tanta occupationum multitudo, & ob eam negotium specialiter alicuius fidei commissum omittatur. *Obrech. d. l. & Dd. in. d. l. 1.*

20. Delegatione vero ex causa absentia facta, non sola cognoscendi, sed etiam exequendi potestas tribuitur. *l. 1. ff. de offic. eius. Treut. th. 6. hic. lit. D. Menoch. in arb. iud. q. 74 n. 49. Muscorn. de iur. sd. n. 135. Diff. Bart. & Cost. in l. 1. ff. de offic. eius.*

21. Sed ex consuetudine hodierna, quæ merum imperium iure magistratus competit, nec amplius à speciali legis concessione dependet. *Treut. hic. thes. 6. Haenon. disp. ff. 1. th. 6. lit. I. Guid. Pap. decis. 624. Diff. Bach. ad Treut. th. 6. lit. E.* quin mandari possit, non dubitari ait *Paurm. 1. c. 26. n. 22. vt dictum supra Pos. 5.*

22. Constituuntur huius imperij meri tres gradus exemplo poenarum *l. 28. ff. de pæn. Obrech. c. 7. n. 2. Zas. in l. 3. ff. h. t. Diff. Bart. d. l. 3. qui sex ponit.*

23. Primus in poena mortis & vltimo supplicio consistit, cuius appellatione hic sola mors continetur, non etiam deportatio, in metallum damnatio & relegatio. *l. 21. ff. de pæn.* Cuius varia genera, vt ad crucem vel furcam damnatio, sed crucis supplicium edicto Imp. Const. sublatum *Couar. 4. var. resol. 5.* in cuius locum furca successit. Viui concrematio, cui addicuntur veneficia, quæ veneficijs alijs damnum intulerunt. *Ord. Crim. n. Carol. V. art. 109.* Falsi monetarij *l. 2. C. de fals. mon. d. ord. crim. art. 111.* Incendiarij, qui consulto & destinato animo incendiū excitarunt *l. 28. §. 12. ff. de pæn. d. ord. Car. V. art. 115.* & qui cum brutis animantibus vel masculis nefandam libidinem exercuerunt. *d. art. 116.* Capitis amputatio, quæ ad prædones, sicarios & similes extenditur. Ad bestias damnatio. Submersio, quæ ad fæminas viuum partum abigentes pertinet *Ord. Crim. art. 133.* Dissectio in partes, vt in reis criminis læsæ Maiest. cui aliquando aliæ poenæ accedunt vt raptatio *Schleiff. d. reus in terram prostratus ad locum supplicij supinus raptatur, & per*
cam.

candescens forcipes corporis diuulsio, *Reissen mit glühenden Zangen. d. ord.*
Car. art. 130. & 137. & c.

24. Secundus in poena morti proxima consistit, cuius poena etiam capitalis vocatur, dum per eam caput ciuile libertas scil. vel ciuitas adimitur. vt metalli scil. coercitione *l. 8. § 8. ff. de pœn. l. 17. eod.* Condemnatione in ludum venatorium *l. 8. § 12. ff. de pœn.* quæ à condemnatione ad bestias differt, Ad triremes & vincula nautica *auff die Galleen/* ad perpetuos carceres quæ non multum à seruitute differt. *l. 2. ff. de hom. lib. exhib. Treut. hic. thes. 5. Diff. Innocent. in c. 17. de accusat.* qui hanc damnationem ad primum gradum referri vult, ideo quod morti æquiparetur, sed quia per hanc non discedit vita à corpore, potius ad secundum gradum hic referri debet. *Bald. in l. 6. C. de pœn. Musc. hic. n. 86.* Deportatione *d. l. 28. in princ. ff. de pan.* quæ in locum aquæ & ignis interdictionis successit. *l. 3. ff. ad leg. Iul. pecul. Obrecht. c. 7. n. 9.* Huc etiam hodie refertur proscriptio siue bannum Imperiale, des *Reichs Acht/ Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 1. n. 24. Treut. hic. th. 5. lit. E. Diß Bach. ad Treut. d. l. per formulã à Gail relatã lib. 2. de pac. pub. c. 6. n. 10. Wir setzen ihn auß den Frieden in den Unfrieden/ vnd erlauben sein Leib vnd Gut dem Kläger vnd jedem männlichen/* etiam excommunicatio, *Gail d. loc. n. 26.* scil. de iure ciuili, nam sicut deportatione ex ciuitate, ita excommunicatione ex ecclesia caput eximitur. *Bach. ad Treut. hic. th. 5. lit. E.*

25. Tertius meri imperij gradus poenas continet, quæ neque vitam naturalem neque ciuilem adimunt, quæ ad existimationis, non capitis periculum pertinent, cuiusmodi est poena exilij, poena quæ corporis coercitionem continet & quæ damnum infert *d. l. 28. § 1. ff. de pœn. Obrecht. c. 7. num. 11.* vti membri amputatio *Menoch. de arb. iud. quest. lib. 1. q. 86.* nisi membrum tale amputetur, sine quo vita hominis consistere non possit. Fustigatio. *l. 10. ff. de pœn. l. fin. de iniur.* Relegatio *l. 4. ff. de interd. rel. Godd. ad l. 103. de V. S. n. 4.* Vestis, vulgò *die Hülzenheuck/* lapidumue portatio; Cuiusmodi poenæ hic Coloniae & passim in Germania non sunt infrequentes, maximè in blasphemis, qui saepe pro delicti qualitate vel vnum vel duos famosos lapides in foro circumgestare coguntur; Quod genus lapidum si cui forte inuisum, adeat hic apud Vbios ædem sacram D. Virginis in Capitolio, ibi ad portam meridionalem, tales lapides multa gestatione politos, reperiet.

26. Sequitur alia iurisdictionis diuisio, scil. voluntaria & contentiosa *l. 1. & ibi Gloss. ad verbum Consilium. ff. de offic. consul. l. 2. ff. de procons. Spec. tit. de seru. § sequitur n. 17. VVess. par. hic. n. 8.* Voluntaria est, quæ suapte sponte inter volentes, Contentiosa quæ inter inuitos redditur. *Schneid. in §. Serui Instit. de liberrin. Obrecht. c. 2. n. 2.*

27. Alia propria siue ordinaria, alia impropria, siue extraordinaria. *Vult. 1. Jur. ff. 12. n. 17. ex rub. tit. de offic. eius. Obrecht. d. c. 2. n. 5. Cuiac. lib. 8. obs. n. 33.*

28. Propria est quæ alicui suo iure competit *l. 5. ff. h. t. Vult. d. loc.* vel ex speciali concessione Principis, cui lege Regia omnis potestas tributa. *l. 2.*

§. 11 ff. de O. I. §. 6. *Inst. de iur. nat. Gent. & C.* cum olim ad populum pertinebat. Qui in dubio iurisdictionem cumulatim non priuatim concedere presumitur, quia in concessione iurisdictionis semper autoritas concedentis illæsa reseruata intelligitur, tamen cum distinctione tradita à *Menoch. 2. pres. 18.* scil. quando Princeps nudè exercendam committit vt magistratui, non verò quando simul vtile dominium transfert Duci aut Baroni. *Bach. ad Treut. hic th 6 lit F.*

29. Vel præscriptione *l. 8. C. de diuers. offic. VVes. par. hic. num. 9. Paurmeist. hic. lib. 1. c. 21.* quæ si vna cum territorio est, præscribitur annis 10. vel 20. exemplo rerum immobilium *princ. inst. de vsucap. citra territorium 30. & 40.* exemplo rerum incorporalium *l. 3. Et tot. tit. C. de prescr. pt. 30. vel 40. ann. Treut. hic th. 7.* vel consuetudine *l. vlt. C. de emanc. lib. Bart & alij in l. more ff. h. t. VVes. hic n. 9.*

30. Hinc quæstiones illæ inter Dd. plurimum agitatæ, resultant, prima, An merum imperium præscribi possit? quod de iure veteri negatur. *arg. l. 1. ff. de offic. eius l. 2. & 3. ff. ad leg. iul. maiest. Diff. Fachin. lib. 8. c. 23. Bronch. M. sc. cont. C. 1. ass. 9.* quorum sententia hodie verior & vsu receptior. *Treut. hic thes. 7. l. t. C.* Neque vsui meri imperij propter intermissum exercitium, si fortè casus se non obtulit, præscribitur. *Treut. d. loc.* Secunda, An quis tempore immemoriali sese imperio sui Principis eximere possit? quod itidem negandum *iuxta Obrecht c. 4. n. 24. Gail 1. obs. 21. n. 16. & seq. Felin. in c. cum non liceat de prescript.* Vbi vult Regem Angliæ, Galliæ & Hispaniæ Imperatorem pro superiore agnoscere de iure debere.

31. Impropria Iurisdictionis est, quæ alieno iure seu beneficio competit; Estque iterum vel mandata vel prorogata *l. 6. & 16. ff. h. t.* Mandata quæ alij exercenda conceditur ab eo qui eam suo iure habet, eaque non est propria eius cui mandatur, sed eius qui mandauit propria manet *l. 1. §. 1. ff. de offic. eius. Vult. 1. Iurisp. c. 14. n. 8 & seq.* & ideo mandata iurisdictionis alteri rursus mandari nequit. Prorogata, vt quando quidam ordinario & competente iudice derelicto, incompetenti se subiiciunt *l. 14. ff. h. t. l. 1. & ibid. Dd. C. eod.* quod omnes ij possunt qui liberam habent rerum suarum administrationem, & in iudicio standi personam legitimam *l. . & 2. C. qui legit. person. stand.* etiam delegati *Treut. hic th. 7. lit. E. & ibid. Hunn.* excepto Clerico, is enim iurisdictionem ordinariam sub qua est, in laicum prorogare nõ potest, propter priuilegium toti ordini ecclesiastico indultum. *c. 12. ext. de for. comp.* Vasallo, quia hæc in præiudicium domini tendit. *Gail. 1. obs. 40. n. 5. & seq. & similibus.*

32. Fit hæc prorogatio consensu litigantium, nam metu vel errore interueniente non valet *l. 15. ff. h. t. l. 116. de R. I. vel expresso vel tacito l. 18. ff. h. t.* aditione iudicis *d. l. 8. Diss. Coras. lib. 4. Miscel. c. 5. de persona ad personam. l. 1. C. h. t. l. 1. ff. de iudic. de causa ad causam,* modo sit eiusdem naturæ & qualitatis.

33. Forma exercendæ iurisdictionis aut est solemnis aut non solemnis; illa quæ fit magistratu in loco publico pro tribunali sedente. *l. pen. ff. de iust. & iur. l. 6. C. de sent. & inter om. VVes. par. hic nu. 12.* & ex scripto pronuntiante, tribuendo cuique ius suum §. 3. *Inst. de I. & I. Rub. & l. 1. C. de sent. ex breu. recit.* Hæc quæ fit Iudice in plana terra stante vel transeunte *l. 9. §. 3. ff. de off. proc.* vnde fortè dicti iudices pedanei. *VVes. d. loc.*

34. Hinc nemo neque sibi neque suis ius dicere potest *tot. tit. C. ne quis in sua caus. l. 10. ff. h. t.* cum quibus conciliatur. *l. 77. ff. de iudic.* distinguendo inter iudicare & ius dicere, inter priuatas & publicas causas *iuxta Treut. hic. thes. 8. lit. A.* Vel inter iurisdictionem voluntariam & contentiosam *iuxta Pac. Cent. 1. q. 57.* vel inter iudicem ordinarium & delegatum *Borch. C. 1. aff. 20.* à qua regula excipitur summus Princeps siue Imperator *l. 3. ff. de his quæ in test. deb. l. 41. ff. de hered. inst.* iudex cui ratione officii iniuria illata est. *l. 8. ff. de appell. & similes vid. Hun. ad Treut. hic. th. 8.*

35. Neque iurisdictionem suam extra territorium extendere *l. fin. ff. h. t.* nam aliquorum iurisdictione ad certas personas *l. 6. C. h. t.* aliquorum ad certas causas, vt fiscales, *tot. tit. C. vbi caus. fisc.* Fideicommissarias. *l. 2. §. 32. vers. post. de O. I.* pertinet, nam aliàs iudex incompetens erit, talisque iurisdictione. *d. l. fin. ff. h. t.*

36. Competens autem iurisdictione dicitur, vel ratione domicilij, vel loci, contractus, vel delicti, vel rei sitæ, vel ratione causæ vel personæ.

37. Ratione domicilij, quod est locus in quo quis habitat animo ibi perpetuo consistendi, nisi quid auocet, *da einer sich häußlich niedergesetzt hat / l. 7. C. de incol. l. 239. §. 2. ff. de V. S. Gedd. ad l. 190. de V. S.* quod licet secundum communem Dd. sententiam *in l. 2. C. de incol.* decennij habitatione contrahatur, potius tamen arbitrio iudicis relinquendum. *Menoch. 1. arb. quest. C. 1. cas. 86. n. 16. Treut. hic th. 8. lit. D.* cuius septem coniecturas refert *Zang. p. 2. de except. c. 1. n. 5. & seq.*

38. Ratione contractus, quando scilicet quis in loco contractus inuenitur, vel bona ibi possidet, qui tum nisi defendatur, missio fit in possessione. *C. Romana. §. contrahentes de for. comp. in 6. l. 19 ff. de in ius voc.*

39. Delicti, ex Constit. Imp. Seueri & Antonini. *in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* quæ cauetur delinquentes præter locum domicilij & delicti commissi etiam quolibet loco in quo reperiuntur (modo criminaliter agatur) conueniri posse, idq; ob publicam vtilitatē *ex l. 51. §. 2. ff. ad leg. aquil.* Sed delinquens alibi repertus desiderante magistratu loci, vbi delictum commissum est, ad eum remittendus *l. 7. §. fin. ff. de custod. & exhib. reor. auth.* si verò *C. ad leg. Iul. de adult. N. 134. c. 5.* Quod tamen hodie ex vsu Germaniæ non procedit, licet iure amicitiae aut vicinitatis sub antigrapho, *auff einen Reuersß oder Gegenbetantnuß* qua cauetur remissionem talem iurisdictioni suæ fraudi esse nõ debere, magistratus sibi inuicem hac in re gratificari soleant. *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 31.* Hic & illud quæritur, vtrinam cognitio de homici-

cidio in confinio duorum territoriorum admissio, competat? & in dubio ad utrumque confinem pertinere verius est; nisi euidentissimis signis in alterius territorio commissum euincatur. *Treut. disp. 19. th. 4. & ibi Bach. Niell. disp. feud. vlt. corollar. Zas. in par. comm. diu. n. vlt.* Vnde non tenet aliorum sententia qui caput spectandum putant *arg. l. 14. ff. de rel. & sumpt. fun. vti Borch in c. vn. n. 26. quæ sint regal. Bocer. in coroll. disp. fin. regund. quia d. l. 44.* nihil cum nostra quæstione commune habet, nam hæc nõ ex præstantia partis quæ in alicuius territorio reperitur, sed ex præsumptione cædis definiri debet; Nec aliorum qui pedes, inter quos *Niell. d. loc.* Nec qui cor, aut vulnus auersum vel aduersum, &c.

40. Rei sitæ vt quando proprietas vel possessio petitur eo in loco in quo res sita est *l. quod legatur 38. ff. de iudic.* Sic etiam ratione causæ, vel ecclesiasticæ, coram iudice ecclesiastico *tot. tit. de for. comp.* vel feudalis, inter vassallos coram domino *c. 6. & 7. de for. comp. extra.* & Personæ, ne laicum clericus in suo foro conueniat & viceuersa.

41. Excipiuntur ab hac fori competentia iure speciali personæ miserabiles *l. vnic. C. quand. Imper. inter pupil. & vid.* cui legi renuntiari nequit, tum quia renunciatio misericordiæ bonis moribus contrariatur, tum quia etiam ex alieno arbitrio scil. iudicis dependet *Treut. hic th. 10. lit. A. Dissent. Bach. & Hunn. ibid.* vt pupilli, viduæ, sub quibus etiam fæminæ, quæ cælibem vitam ducunt, continentur. *l. 242. ff. de V. S.* etiam quorum mariti ob captiuitatem vel similem casum ipsis sunt inutiles propter rationem identitatis pauperes *l. 49. C. de episc. & cleric.* studiosi literarum causa peregrinantes *auth. habita C. ne fil. pro pat.* & cæteræ miserabiles personæ, quæ arbitrio iudicis definiendæ sunt. *Matth. Stephan. lib. 1. c. 31. n. 36. Menoch. 2. arb. iud. Cent. 1. cas. 66. n. 1.*

42. Probatur porro iurisdictio per instrumenta, testes, priuilegia, iuris præsumptionem, dum vnumquodque præsumitur eius iurisditionis cuius est territorij; notorietatem, formam antiquam, &c. *VVes. par. hic. n. 12.*

43. Defenditur per actionem confessoriam & negatoriam, *VVes. hic. n. 13. Costal. in l. 2. ff. si seru. vind. Diss. Coras. in Lei qui de seruit. n. 2. Vaud. 2. q. 27.* vnde & is hodie poena fractæ pacis tenetur, qui alienam violat iurisditionem. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 18. & seq. & part. 3. tit. 43. §. 1. Gail. de pac. pub.* bono enim publico introducta est, vt scil. pax & religio conseruetur *l. 13. ff. de offic. pras. l. 4. C. de sum. Trin. lites finiantur l. 3. & 4. C. de ped. iud.* & cuique suum tribuatur. *§ 3. inst. de iust. & iur. VVes. par. hic. n. 13.*

44. Extinguitur iurisdictio ordinaria morte eius cui concessa est, non etiam mandantis *c. 30. & 20. ext. de offic. & potest. iud. deleg.* quia cū eius qui magistratui præficitur personæ singularis industria electa sit, ideo nemo iurisditionem sibi iure magistratus competentem, ad hæredes transmittit, nisi talis sit quæ territorio adhæreat & cohæreat. *Hunn. ad Treut. hic th. 12. in princ. non vtendo, aut malè vtendo §. 2. inst. de his qui sui vel alien. iur. sunt*

sunt. l. 2. ff. eod. tit. VVesenb. hic num. 14. Gail. 1. obs. 17. num. 2. Myns. 5. obs. 8. Iudicis recusatione tam de iure ciuili. l. 4. C. de iurisd. omn. iud. l. 17. ff. de iudic. l. 12. C. de iudic. auth. & consequenter C. de sent. & inter omn. iud. Treut. p. 2. disp. 26. th. 2. lit. C. Diss. Myns. 2. obs. 52. Gail. 1. obs. 33. Bronch. 1. ass. 56. quam canonico c. 61. ext. de appell. c. 39. de offic. deleg. c. 4. de for. comp. litisque terminatione.

45. Mandata morte & reuocatione mandantis, re videlicet adhuc integra, l. 6. & ibid. Ias. n. 56. & seq. ff. h. t. c. 20. & 42. de offic. deleg. tempore commissio- nis elapso c. de causis 4. de offic. deleg. Recusatione l. 16. C. de iudic. alijsque modis. VVes. par. hic. n. 14.

46. Prorogata finitur seu reuocatur per poenitentiam, si iudex nondum aditus fuerit l. 18. ff. h. t. quod fallit si iurisdictione mediante iuramento prorogata fuerit. arg. c. 4. ext. ne pralati vic. suas. c. 2. de pact. in 6. c. 28. de iureiur. Treut. hic. th. vlt.

COROLLARIA.

I. An Princeps pacta & contractus cum subditis initos seruare teneatur, & ex ijs efficaciter obligetur? Affirm.

II. An ius venandi, priuatis iure naturali ac gentium competens, ijsdem à Principibus de iure ademptum sit? Affirm.

III. Subditi contra mandatum Principis venantes, ferasque capi- entes, vltimo & capitali supplicio an affici possint? Affirm.

IV. An Iudex potius secundum acta & probata, an vero secundum suam conscientiam in iudicio iudicare teneatur? posterius affirmo cum distinctione.




... de iure civili ... de iure gentium ... de iure naturali ... de iure politico ... de iure domestico ... de iure iudiciali ... de iure testamentario ... de iure hereditario ... de iure matrimoniali ... de iure familiae ... de iure personarum ... de iure actionum ... de iure delictorum ... de iure criminum ... de iure poenitentiarum ... de iure suppliciorum ... de iure carcerum ... de iure exilii ... de iure peregrinorum ... de iure gentium ... de iure naturali ... de iure politico ... de iure domestico ... de iure iudiciali ... de iure testamentario ... de iure hereditario ... de iure matrimoniali ... de iure familiae ... de iure personarum ... de iure actionum ... de iure delictorum ... de iure criminum ... de iure poenitentiarum ... de iure suppliciorum ... de iure carcerum ... de iure exilii ...

... de iure civili ... de iure gentium ... de iure naturali ... de iure politico ... de iure domestico ... de iure iudiciali ... de iure testamentario ... de iure hereditario ... de iure matrimoniali ... de iure familiae ... de iure personarum ... de iure actionum ... de iure delictorum ... de iure criminum ... de iure poenitentiarum ... de iure suppliciorum ... de iure carcerum ... de iure exilii ...

COLLEGIUM

- I. An Princeps potest contrahere cum subditis in iudicio legitime
- II. An Princeps potest contrahere cum subditis in iudicio legitime
- III. Subditus potest contrahere cum Princepe in iudicio legitime
- IV. An Princeps potest contrahere cum subditis in iudicio legitime





X 2874408

94 A 7386

VD 17








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ES LEGALES,
RISDI-
OMNIUM
DE FORO COM-
EX VTROQUE
SVMPTAE.

VAS
ino secundante,
IDIBVS
ultissimis Viris, ac DD.
ANNO, I. V. Doctore, &
ess, SS. LL. Licentiate,
ictatore & Fisco.
ultatis apud Vbios Collegio, publi-
sine propugnare enitetur
attingen/ Vbius.
s 1629. die 1. Martij.



AGRIPPINÆ,
ernich, prope Augustinian os.

